

Questio Unica

aliud eiusdem linee est punctum medium nullum tamē pūctum est medium inter primum punctum et quodlibet aliud eiusdem linee. Et ideo non procedit ulterior probatio que tota supponit q̄ ad illam vniuersalem concessam sequatur hec particularis aliquod punctum est medium inter primum punctum et quodlibet aliud eiusdem linee et super hoc innititur sequens argumentatio. Sed hoc non sequitur ad illam quinque in tali illatione committitur fallacia figure distinctionis propter similes causam ei que data est in precedenti solutione.

CAd tertium dico stante predicta suppositione q̄ deus videt q̄ inter primū punctū et quodlibet aliud eiusdem linee intercepit linea et infinita etiā pūcta non tñ linea nō visa nec puncta nō visa ab eo. Nullā tñ linea deus videt intercipi inter primum pūctum et quodlibet aliud punctum ab eo visum.

CAd quartum dicere q̄ nullum punctum est medium inter primum et omnia alia eiusdem linee. Et cū infertur igitur primū et omnia alia sunt immediata. Si in consequente ly omnia teneatur collective concedo consequens q̄cquid sit de consequentia et nego ulteriore consequentiam qua dicitur aliquod aliorū pūctorum est primo immediatum. Instātia certissima apud me est quoniam si sint duo corpora immediata a et b. dividendo b. in partes proportionales sic q̄ prima pars sit eius medietas remotior ab a. et secunda sit medietas alterius medietatis immediata priori medietati totius et tertia sit medietas illi⁹ prioris et 4. residui et sic semper procedendo versus a. tunc hec est vera et omnes partes proportionabiles b. sunt immediate et tñ hec est falsa. aliq̄ ps proportionabilis b. est immediata ipsi a. cum talium nulla sit ultima versus a. igitur hec non sequitur ad primam et si hanc instantiam non admitterent ponentes continuum componi ex indiuisibilibus pro eo q̄ non ponerent infinitatem talium partium suam consequentiam probare nō possunt. Unde nec ego illā admitto et adhuc potest in simili instari secundum opinionem oppositam: quia non sequitur huic pūcto omnia alia eiusdem linee sunt inequalia: ergo huic aliquid aliorum est inequale. Nam antecedens est verum si ly omnia sumatur collective sic enim omnia alia sunt magnitudo secundum illam opinionem Magnitudo autem inequalis est pūcto et tamen cōsequens est falsum.

CAd quintum nego consequentiam ad probationem dico q̄ resolutionem illam factam esse in aliqua ultimata potest intelligi dupliciter uno modo in aliqua ultimata id est in aliqua in que alia sunt resoluta et ipsa resoluta non sunt in aliqua alia ita q̄ ipsa sunt ultima in que sit facta huius resolutio seu diuisio. Aliomodo potest intelligi resolutionem huius esse factam in aliqua ultimata id est totaliter et complete magnitudinem esse in suas partes resolutam seu magis proprie loquendo quelibet que fuerunt eius partes esse actu ab inuicem diuisa et nulla restare dividenda. Si in primo sensu queratur in que posito antecedente illo in esse facta esset resolutio ultimata an sc̄ in aliqua diuisibilia an indiuisibilia dico q̄ nec in aliqua diuisibilia nec in aliqua indiuisibilia nec in aliquo omnino ultimata facta esset quoniam nulla essent que non essent ultimata resoluta. Unde sicut ante huiusmodi resolutionem nulla pars erat irresoluta in alias sic posita totali resolutione nulla esset non reso-

Articulus Primus.

luta in alias. Et si fieret talis resolutio actualis tunc etiam esset multitudo aliqua discretorum ex multitudinibus precise et ex infinitis unitatibus simpliciter constituta. Si vero queratur in que ultimata et in secundo sensu distinguendum est de diuisibili et indevisibili. Diuisibile enim aliquando dicitur secundus actum et est quod actu est diuisum qualis est proprietas omnis multitudo discretorum. Aliquando vero secundum potentiam et est quod habet in se partes non distinctas ab inuicem. Similiter indiuisibile potest dici dupliciter uno modo illud quod non habet partes omnino et quod non habet partes distinctas et sic idem significat indiuisibile q̄ non actu diuisum sine quod non diuisibile primmodo siue hoc proprie discuratur siue non. Dico igitur q̄ neutromodo esset facta resolutio ad indiuisibilia nec ad diuisibilia secundo modo: sed ad diuisibilia primo modo. Preterea q̄cquid sit de veritate antecedentis ad bonum intellectū accepti potest dici q̄ non probatur sufficiēter et assumpta propositio non est vera quoniam impossibile est omnes animas possibles esse actus productas in sensu composito et tamen possibilitas animarum non est ad actū repugnantes aut essentialiter ordinatos cujus sit ad actus eiusdem speciei. Deinde dicitur a quibusdam q̄ non inconvenit aliquam vniuersalem esse impossibilem cuius quelibet singularis est possibilis patet de istis utrumq; contradictionibus contingens est verum et omne possibile esse est quelibet istarum est impossibilis et tamen singulares sunt possibles quilibet lapis vnius ponderis portatur a sorte quilibet est possibilis et cuilibet compossibilis: sed non omnibus.

CAd sextum dicitur q̄ rationes concludunt contra eum. Nam ipse concedit q̄ infinite partes proportionabiles sunt in magnitudine sumpto ly infinite in catastegoreumatico. Sed ex hoc sequit̄ q̄ nulla earum sit ultima et econtra si aliqua earum sit ultima igitur non infinite proportionales sunt in magnitudine consequentia declaratur quoniam si aliqua est ultima alicuius proportionis cum etiam aliqua sit prima igitur omnes simul sumpte sunt alicuius multitudinis finite alias cum quelibet precedentium sit maior ultima si detur sequeretur q̄ magnitudo ex omnibus huiusmodi proportionibus resultans includeret infinitas partes eaeles et sic esset extensio infinita qd est falsum. Sunt igit̄ omnes simul in aliqua magnitudine finita seu aliqua magnitudo finita et cum omnibus simul sumptis non sunt in magnitudine plures sequitur q̄ non quodcūq; finitis partibus proportionabibus magnitudinis sunt in magnitudine plures partes igitur non infinite proportionabiles sunt in magnitudine. Preterea si aliqua est ultima partis proportionabilium vel illa est diuisibilis vel indiuisibilis si secundum igitur non est pars proportionalis quia indiuisibilis ad indiuisibile nulla est proportio. Si vero est diuisibilis igitur aliqua est posterior illa et ultra: ergo ipsa non est ultima. Dicendum ergo negando illam consequentiam. Multitudo omnium partium proportionabilium ipsius b. immediate consistit a. ergo aliqua et. Notandum tamen aliquos negare q̄ in continuo sint dabiles omnes partes. Hs contra augu. 12. de civitate dei ca. 18. dicit q̄ singulis quicq; numeri sunt finiti et omnes infiniti et patet q̄ ibi omnes capitul collective: ergo dabiles sunt omnes numeri collective. Itēz arguitur ex dicto phī. h